Sequitur alia epistola eiusdem

Jocũdum est socij ⁊ fratres in christo dilectissimi Jocũdũ valde quia verbis nequeo vos alloqui. Sunt enim amicorum grata vndecũq; colloquia. Et si iuxta Terentianũ senem proximus amicorũ gradus est vicinitas. mlta prorsus esse mihi debet amicicia ad collegium illud venerabile quod incolitis cui non tam vicinus q̃ ineunte ab adolescentia familiaris semper intraneus fui. ⁊ trari mores ex conuictu Solabor igitur mutua vobiscũ confabulatione coactam quietem meam. qua me diuinum flagellũ alligauit in lecto valitudinis. vbi supinum immobilemq; iacere cõstrinxit. vtiliter spero ⁊ magna dei misericordia non solum tolerabiliter ꝯ pene optabiliter Cur ita? quoniam neq; lectõnem neq; orationez neq; salubrium cogitationuz protractionem exulauit a me quies talis. q̃n/etiã familiarioẽs si nõ obstitero cõstituit Quo pacto sic? Dolorem nãq; corporis et animi anxietatem diuina gratia vsq; modo vel abstulit vel fere supra spem et vere supra omne meritum meũ temperauit Gratias ei qui nunc adiudicauit me cõtumacem vsq; nunc seruum suum. non in ira et furore corripere sed in virga filiali. Et domine si sic viuit ⁊ in talibus vita spiritus mei corripies me et viuificabis me. ecce i pace amaritudo mea amarissima. Ꝯ ad vos redeo quibus e cogitationibus meis familiariẽ aperire studui. etsi non ob aliud. vt vel voluptatem aliquam ex tũ communicatione scribendo concipiam

Sequitur alia epistola eiusdem

Qm nuper deuoti Bernardi omel super Cantica relegerẽ pater et frater dilectissime pueni in eum locum qui docet media peruenienẽdi ad generationẽ verbi. hoc est ad contemplationis arcem. Gauisus sum non mediocriter q̃ ita osone ad eum de hac materia olim Brugis in lecto valitudinis mee conscripseram. sicut habes tractatuli copiam. Nesciebaz vtiq; alium taliter et tali ordine tradidisse ipsam contemplationis adipiscẽdę arcem Quo fit vt mihi securius eadem scripta mea placeant. Sunt autem verba beati Bernardi talia omel centesima Visio hec nõ industrie est sed gratie. reuelationis nõ inuestigationis Siquid tamen potest ad hoc industria operari illud primuz obseruate quod dicitur Lauamini mundi estote. Secundo vt scribatis sapientiam tempore ocij. qui enim minoratur actu percipiet eam. Tertio vt violenti sitis et gaudiuz regni quod vobis diutius surripitur preripiatis Vt habeatis cor purgatum. ꝑparatũ. improbũ.

In primo efficeris anxius. in secundo deuotus. in tertio vehemens. h est idoneus. obuius. vrgens. Hec ille Vides pater et frater quēadmodum tria hec conueniāt tribus illis gradibus scale mystice contemplationis. quos nominaui amaraz cōtritionem. ocium vel solitudinem. et fortem perseuerantiam. Gratias illi a q̊ omnis veritas. et cui veritas omnis consonat. Q̄ siquis nūc aut alias inculpauerit me temeritatis q̄ materiam hāc prorsus altissimā et abditissimā vsurpauerim tractasse velut ip̄am agnouerim. habeat responsum illud quod nouissime recolo apud vos dixisse. Scio itaq̄ ex multis scriptis et quorundam verbis aliquam eē cognitionem et mētis eleuationem quam habere possumus vltra communem et vsitatiue cognitionis normam. Hoc mō etsi non aliter scire potui nobis aliquid deesse perfectōnis huiusmodi quā sancti patres habuerunt et docuerunt Sic enim potest ipse cecus colores etiaz cognoscere vago tali conceptu ꝛ se cecū iudicare. Querebam dudū a quodam ceco viro intelligente quomodo se sciret cecū esse Scio respondit. quia aliquaz ꝑfectionis integritatem quam in aliis eē audio mihi deesse censeo. Deniq̄ pater ꝛ frater nihil ex tribus p̄dictis gradibus tantum deesse formido sicut occupationem necessariam in religioso exercitio tuo. quod vtiq̄ nullo modo nulla profectus alterius occasione deserendum esse non ambigo. Sic vocatus es. noli violenter obniti. quia non hoc tibi cederet feliciter. Sed irriderent hostes sabbata tua. hoc est vacationē tuā. Nescis preterea quid tibi ē vtilius et deo placētius. Reuelabit cū voluerit et dum beneplacitum erit ante se. quod abscondit a sapientibus huius seculi ꝛ reuelat paruulis Soli paruuli hoc attingunt non quia meritum. sed quia ante placitum est. Precipua insuper ratio huiusmodi munus desiderandi est. vt simus parui in oculis nostris. habita contemplatione tanta et tam immense maiestatis vocabit te fortassis deus occasione ocij data per egritudinem aut alias. Sic interim opus tuum age. et vaca nō quantū placet sed quantum licet. ad videndum et gustādum quoniam suauis est dominus In quo bene vale mei memor in orationib⁹ tuis et fratrē germanum pupillum commendatū habe Scriptum parisius xiij. Aprilis

Explicit

Sequitur quedā epistola a domino cācellario

Quid ꝛ qualiter studere debeat nouus theologie auditor ꝛ contra turiositatem studentum

Stimulauit me plu